

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalm. CXII. Voce mea ad Dominum clamaui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

- 6 Labantur horum si in silicis latus,
Possint tamen quo sistere, iudices;
Audire per faustum precata
Dulcia dicta mea ac licebit.
- 7 Fissor vekit qui dificiens humi est,
Sic ad sepulchri os disiliunt mea
- 8 Disperta iam ossa I A S, at in te
Fixi oculos D O M I N E hos benignum.
Te fido in vno, ne hanc animam finas,
- 9 Oro, vacare, & me laquei manu
Serua, mihi quem præligarunt
Funibus ac mala prauè agentum.
- 10 Suis ruent in reribus improbi,
Quæ quisque praua fraude tetenderit:
Illiœus ipse at præteribo
Interea parkerque tutus.

PSALM. CXLII.

Voce mea ad Dominum clamaui.

IMPROBITATIS VINDICI
DEO DICAT.

- 1 Animaduersio Dauidis cum esset in spelunca, Oratio
Carmen Dicaleon Distrophon.
- 2 I AM voce mea clamabo, supplici voce
Implorare I AM mihi certum est.
- 3 Ante illum mea & effundam meditata; mihi que
Quanta sit anxietas referam ipsi.
- 4 Spiritus obruitur meus in me, semita nostra
Nota tibi est quando; & tamen isti,
Incedam quacunque via, mihi tendere opertum
Non cessant laqueumque dolumque.
- 5 Attentè ad dextram aspicias; mihi nemo repertus
Agnitor, effugiumque deest mi.
Sedulus huic animæ assertor, quæsitor & aquilus;
Quive satis præstet mihi nemo est.
- 6 I A S ad te clamaui, dixi, vt mihi constas
Viuorum in terra vnicæ pars tu?
- 7 Exhaustus nimium, miser ac, sum; intende meæ tu,
Quam supplex expono, querelæ.
Eripe me seuis à seftatoribus, ij nam
Mi valido mage robore præstant.
- 8 Hanc animam è claustro profer; noméque professam,
Deinde tuum & celebrare paratam.

Cùm

IVS

F
Re
Tu
, Ad
Vi
Vit
Hu
Sed
Ter
In
Stu
Qu
Op
Exe
Con
Mai
Et v
I A
Vult
Nar
Aud
Nur
Iter,
Oste
I A S
Tege
Tibi
Meu
Tuo
Nan
I A S
Vt n
Eken

LIBER V.

221

Cum videantque vices in me & tua premia iustitia
Me expedient necentque coronas.

PSALMVS CXLIII.

Domine exaudi orationem meam.

IVSTISSIMI IVDICII APPELLATIO.

I Psalmus Dauidis.

Carmen Monocolon.

A Vditor I A S excipe ô meam precem,
Meam querelam senti & auribus tene.
(Fidem tuam probabis) atque equus mihi
Responsa redde iusta iustus arbiter.

- 2 Tuum seuero iure parce seruulum
Adire, iustum nemo namque lampada
Viuens probabit se ut ferat vultus tui.
- 3 Vitam sequutus hostis obtundit meam,
Humi refringens atra & in caligine
Sedere cogit me, velut quos abdidit
Tempus remotum per sepulchra conditos.
- 4 In me est mei vis obuoluta spiritus,
Stupet meo cor destitutum pectori:
- 5 Quondam dierum tempora ut colo memor,
Opus tuumque verso & omne cogito;
Exemplum & efficacis istius manus
- 6 Contemplor omne: Pando tunc meas tibi
Manus, auensque te peto ex solo arido;
- 7 Et vsque dico; Redde mihi precor citò
I A S referque, linquor ipse spiritu;
Vultus tuos ne prouidos mihi abditos:
Nam par sepultis ipse, si negas, ero.
- 8 Audire numen manè me iube tuum,
Numen benignum; fido quippe te unico.
Iter, viamque quam sequutus ambulem,
Ostende, auenti te ac volenti te, mihi.
- 9 I A S latere in te volo; me tu meis
Tegens latentem proteges ab hostibus.
- 10 Tibi probanda me doceto & exequi,
Meum colo nam te atque duco P R I N C I P E M.
- 11 Tuo bono voloque duci spiritu;
Namque ille plano ritè me ducet solo.
- 12 I A S probabis nomen, ut soles, tuum,
Ut me iubebis auctor ipse viuere;
Exempla iusta moris ac seres tui,

O 2

Meam